d ¶Viginti. Que conſuetudo legi deroget: vel ecõtra h. in. c. cũ tãto. de conſue. Inno. in. c. pe. e. ti. ¶Que ro: an conſuetudo tollat: vel vincat legẽ. dic: aut ẽ ſe cundum legẽ: aut ꝑter: aut contra. p̃imis duob⁹ caſi bus clarũ eſt q̃ non tollit: q̃ lex ſibi non cõtradicit. tercio caſu: aut eſt contra legẽ ⁊ exp̃reſſe in lege ip̃o bata: quia clauſulam derogatoriã hz ad illã: ⁊ idẽ vt non tollat ſz ipſa tollat̃ a lege. vt. C. de ſacro ſanc. ec cle. auteñ. caſſa ⁊ irrita. ⁊ de vſuf̃. l. eos. ⁊ de fur. auteñ nauigia. Aut lex contra quã eſt cõſuetudo nõ habet clauſulam derogatoriã ad illam. ⁊ tũc aut eſt contra legem diuinam ⁊ eius ꝑcepta. ⁊ nedum tunc tollit ſed nec in ſe valet: quia nutrit pctũ mortale. vt. C. de ſũ. trini. l. i. aut licet ſit contra legem diuinã: nõ tamen ẽ contra p̃cepta nec fidem: ⁊ tũc valet: ſed illam ī to talitate nõ tollit. ſed diſtinguit: vt in euangelio. in ore duoꝝ vel trium teſtium eſt omne verbũ. ita intel/ligo q̃ nota. de conſti. p̃in. l. i. Aut eſt contra legez iuris naturalis vel gentium: ⁊ ſimiliter illam in ſui ge neralitate ſiue totalitate tollere non poteſt. vt. l. eas. .ff. de capi. dimi. ſz in ſui particularitate ſic. ⁊ tũc quo ad repu ta tionem et obſeruantiam tantum: vt nota in ſimili. ff. de iuſti. ⁊ iu. l. manumiſſiones. ⁊. l. ius ci/uile. aut eſt contra legem ⁊ ius ciuile. ⁊ tunc aut con/ſuetudo antecedit legem: aut ſequitur legem. p̃mo ca ſu dicas: aut conſuetudo eſt contra publicam vtilita tem vniuerſalem: ⁊ tunc tollitur per legem ſequẽ tem ⁊ contrariam. aut non eſt contra publicã vti litatem: ⁊ tunc aut eſt contra legem antiquam q̃ per hanc innouatur ⁊ videtur: ⁊ tunc eam tollit. aut non erat contra legem inducta: ⁊ tunc aut ex forma ⁊ ſerie legis appa/ret q̃ conſue tudinem tol/lere voluit: q̃ dꝫ erit ſi cõ tra obſeruã/tiam facti lex ipſa emanat ⁊ idem vt cõ ſuetudinẽ tol lat. aut ex for ma ⁊ ſerie le gis hoc non appet: ⁊ tũc conſuetudo non tollitur. Secũdo caſu dic: aut lex fuit facta ad conſuetudinem tollendam que nunc poſt iſtam legẽ innouatur: ⁊ tunc conſuetudo i/ſta ſequẽs non tollit legem illam. aut lex non fuit facta ad conſuetudinem impugnandam: vel ſaltiz non apparet: ⁊ tunc conſuetudo vincit legem: id eſt eius obſeruantiam. ⁊ quandoq̃ generaliter ſi conſuetudo ſit generalis. quandoq̃ ſpecialiter ſi conſuetudo ſit ſpecialis ⁊ localis. ⁊ hoc quando ex certa ſcientia conſuetudo eſt inducta. ſi autem per errorem dic vt ſalice. in. l. conſuetudo. C. que ſit lon. conſue. ⁊ ſupra. e. 4. q. a. ſuper. v. iudicatũ. v. i. in. vſi. quero quid ſi popul⁹. de p̃dictis p ſalice. in. l. conſuetudinis. C. que ſit lon. conſue. ¶Quero: quando conſuetudo roborat legem et non addit nec minuit ſi poſtea p̃inceps tollat le gem: an dicatur etiam tollere conſuetudinem in lo co illo. et glo. in. l. leges. C. que ſit lon. conſue. ſẽ tit q̃ non: ſed oportet vtrumq̃ tolli. Et perſua/det ratio: quia ſtatuta terrarum et earum conſue tudines p̃incipi ſunt ignote: ideo non dicitur il/lam tollere. Sed contrarium videtur tenere glo. Johan. an. in. c. primo. de conſtituti. li. ſexto. Tu dicas q̃ aut lex tollitur per legem nouam gene/ralem: et tunc ſtatutum et conſuetudo per omnia idem diſponens et nihil addens vel minuens tol/latur. vt in glo. Johan. an. Aut tollitur per re/ſcriptum p̃incipis ſpecialiter alicui contra le/gem conceſſum: et tunc non tollatur conſuetu/do vel ſtatutum: ⁊ ſibi imputet imperator qui de conſuetudine vel ſtatuto non fecit mentionem. De p̃dictis per Salicetum in dicta. l. leges. C. que ſit longa conſuetudo. ¶Item an conſuetu/do dat iuriſdictionem. h. in. c. cum contingit. de foro competenti

© Biblioteca Nacional de España

¶ Et statur cõsuetudini quantum soluitur eccle/sie parrochiali ꝺ relictis alibi per parrochianuꝫ. sepultura.3.q.f.

¶ Et valet consuetuꝺo: q; beneficiatus peregri/netur: vel aꝺ scolas va/ꝺat sine licentia. benefi/cium.8.q.a.

¶ Et statur consuetuꝺi/ni circa penam sacrilegij pecuniariam.sacrilegiũ. 5.q.b.

¶ Iꝺem circa quantita/tem primiciarum soluen ꝺam.primicie.5.q.b.

¶ Sed non attenꝺit cõ/suetuꝺo circa oblatio/num quantitatem neces sario offerenꝺam.obla/tio.3.q.a.b.

¶ Item valet consuetu/ꝺo ꝺe ꝺecimis inter cle/ricos eiusꝺẽ ꝺioceſis cõ/mutanꝺis:secus si sũt ꝺi uersarum ꝺiocesum.ꝺe/cime.3.q.b.

¶ Item valet quantum soluatur pro ꝺecimis p/sonalibus:ꝺum tamẽ a/liquiꝺ soluatur. ꝺecime 6.q.a.

¶ Et valet consuetuꝺo qualiter: ꝛ in quot par/tes ꝺecime ꝺiuiꝺantur. ꝺecime.7.q.a.

¶ Item valet q; archiꝺi aconus vel archipresby ter visitent in sui benefi cij terris. visitatõ.3.q.a

¶ Itez valet q; minores prelati se intromittãt ꝺe causis mrimõialibꝰ:aut ꝺe alijs epõ ptinentibus epꝭ.2.q.l.ꝺiuortium.3. .q.a.

¶ Attenꝺitur consuetu/ꝺo loci vbi contrahitur matrimoniũ circa lucra tiõez[a] ꝺotis aut ꝺonati/onis propter nuptias vl̃ alia inclementa. ꝺos. 8. q.a.b.

¶ Et non valet cõsuetu ꝺo: q; res inuẽte ex nau fragio non restituant[b] primis ꝺominis.iactꝰ.2 .q.a.

¶ Item statur consuetu/ꝺini quantuꝫ soluat pro pena fiꝺeiussor reũ cri/minis nõ exhibens.cap/tio.5.q.ꝺ.

¶ Et consuetuꝺo ꝺecla/rat legis ꝺubia. signifi/catio.3.q.a.

¶ Itez ꝺat iurisꝺictionẽ iuꝺex.12.q.a.

a ¶ Septimo quero. qua liter cõsuetuꝺo tollitur. Dic q; per posteriorem cõtrariaz consuetuꝺinez aut legem(si lex est gene ralis non tollit consuetu ꝺinẽ specialez: nisi ꝺe ea expressam faciat mẽtio/nem) .i.p.ti.ij.l.fi.

¶ Concilium. Vide.legi timatio.i.q.ꝺ.visitatio 3.q.b.papa.2.q.ꝺ.pa triarcha.2.q.b.episco/.ij. anno.1438. Nisi vsq; aꝺ tres mille moꝛ.fieri ñ possunt ꝺistribu tiones sine regis licentia: qui pri mo mãꝺabit cal culuꝫ reꝺꝺi ꝺe cõ sumptis reꝺꝺiti/bus ipsius con/cilij: ꝛ alĩ ꝺistri/buẽtes bona fis/co applicãꝺa p/ꝺunt.ꝛ iusticie ꝺ sentientes offici js priuantur. vt pet. oꝛꝺ.ꝺe maꝺrid:p regem ioannem.ij. ãno .1433. Et vide q; scripsi. munus. ꝺ.mulier in loco in.ꝺsi. et venio.

¶ In causis con cilij ꝓceꝺitur sũ marie ꝛ ꝺe plano vt in regis arre/ꝺationibus in q; bus etiam si ꝺue conformes ferã/tur sententie nõ admittit appel/latio: nec iuꝺex aꝺ quem:sub pe na protestatiois contra euꝫ facte per appellatũ iu ꝺicem a quo ini be ꝺonec cogno scat an appella/tio locum habe/at.vt.l.l.oꝛꝺ.ꝺe medina:per regẽ ioannem.ij. ãno 1433. ꝛ per eum pet. vij. oꝛꝺ. ꝺe çamoꝛa: anno. .1432. ¶ In cõ/cilio stare nõ ꝺe/bẽt: nisi iusticia rectoꝛes:ꝛ sexma rij. e. oꝛꝺ. pet. ꝓl vij.ꝛ etiam ĩ ꝺi cta oꝛꝺ.ꝺe çamo ra.ĩ pet.ꝓj.oꝛꝺ ꝺe coꝛꝺoua: per

a ¶ Lucratio nem. Vide q; scripsi. ꝺos. 8.q.a.super ꝺ.consuetu/ꝺo.

b ¶ Restituan tur. De hoc. extra. ꝺe ac/cusa.c. cũ ꝺi lecti ¶ Et an consuetuꝺo excuset i cri/minibus. ꝺe tempo.oꝛꝺi. .c.sane. glo argumentuꝫ q; consuetu/ꝺo.et latiꝰ p .h.ĩ ꝺicto.c. sane. in ꝺi.i. vide circhoc captio.5.q. c.super.ꝺ.fu gerit.ꝺ. ꝺuo sunt. in. ꝺsi. seꝺ q; si cu/stos.

¶ Concili um. Regis pecꝺo ꝛ mo nedas conci/liuꝫ per suos collectoꝛes ĩ terim ꝺonec recauꝺatoꝛes regis veniãt colligant: et eis venienti/bus soluant vt pet. oꝛꝺ.ꝺe valla ꝺolid: per re gẽ ioannẽ.ij. anno. 1451.

¶ Pro conci lio ꝛ eius p/prijs recto/res plus of/ferenti arren ꝺẽt penas ꝺ/surarioꝝ. vt pet. oꝛꝺ. ꝺe ma/ꝺrigal: p re gem ioannez

© Biblioteca Nacional de España

regem henricum .iij. anno. 1455. Alij autē ibi stā do pro vice pri/ ma: bonorū me/ dietatem pount. ꝛ pro vice secun da aliam medie/ tatez fisco appli candam. Et ibi eos stare iusticia ꝛ concilij recto/ res non sināt: ſz resistant. vt dcā pet. ꝛj. Scribe ta men concilij ibi stando scribēda scribant: sed vo/ cem in ipso con cilio non habe/ ant. vt pet. oro. de çamora: per regez ioannē .ij. anno. 1432.

¶ Vide q̄ scrip/ si. rex. 2. q. d. su/ per. v. donare. v item rex. ꝛ. v. se. Et. rescriptum. 3 q. a. super. v. nō valet. v. rescrip/ tum regis dona/ tionis. Et. cita/ tio. 5. q. a. super .v. centum. v. et pluribus. et. v. se.

¶ Compro/ missum. In compromissis a persona non de/ bet recedi licz sit cōpromissuz sub nomine dignita/ tis. bal. l. cum in libris. colum. xij v. vigesimosexto querit. C. de he re. insti. ¶ An in compromisso ge

pus. 2. q. b. beneficium 6. q. a.

¶ Confidere. Vide. rex. 17. q. c. tirannꝰ. i. q. a.

¶ Contributio. vide. iactꝰ. i. q. a. b. d. e: reuocatio. i. q. d. c.

¶ Compromissuz. vide. arbiter. p totum.

¶ Copia. vide. īquisitio 7. q. c. accusatio. 10. q. super. c. transsumptum. p totum. excōmunicatio. 9. q. b.

¶ Corona. Vide. epus. 7. q. o.

¶ Coronatio. Vide. miles. 4. q. a.

¶ Corruptio. vide. furtuz. 6. q. 1. snia. 9. q. c. solutio. 8. q. bb.

¶ Cor. Vide. rex. 2. q. a. 7. q. 9. g. 21. 25. q. b. i. populus. 4. q. a. guerra. 6. q. d. iusticia. 2. q. a. iudex. 5. q. b. impotentia. i. q. a. donatio. i. q. a. par. 2. q. a. cogitatio. 2. q. a. epꝰ. 7. q. b. ii.

¶ Corus. vide. clericus. 4. q. a. c. ecclesia. 9. q. a.

¶ Corporales. Vide. eucharistia. 7. q. d. patriarcha. 2. q. d.

¶ Correctio. vide. lex. 5. q. a. episcopus. 7. q. m: l. q. r. s. t. clericus. 3. q. d. religiosus. 10. q. a. b. monasterium. 3. q. a. patronꝰ. 4. q. o. rex. 8. q. a. castigatio. p totum.

¶ Corrigia. vide. dolus 7. q. d. miles. 10. q. a. tortura. 4. q. c.

¶ Cubare. vide. iudeus 9. q. d. ꝛ. 21. o.

¶ Culpa. q̄ culpa īputatur homicide. clericus. 3. q. b. homicidium 4. 5. q. per totum. dānū 5. 6. q. per totum.

¶ An impedimentū veniēs ordinando sine sui culpa imputatur ei. clericus. 8. q. b. c. m.

¶ Propter cuius culpaz potest poni interdictuz. excommunicatio. 8. q. b

¶ An epo ob sui culpaz excōmunicato currit tē/ pus semestre in collatione beneficiorum. beneficium. 5. q. a.

¶ Qualiter punitur monasteriū cuius culpa monachus fugit. sacrilegiuz 3. q. b.

¶ An est in culpa vēdēs fructꝰ anteq̄z decimēt. decime. 4. q. e.

datorum. Et officium. v. clerici offi/ cia.

¶ Corruptio. De pena iudicis vel algazelli corrupti. vide. iudex. 5. q a. sr. v. recipiet. Et. symonia. 3. q. d. sr v. symonie. v Itē iudex. Et snia. 7. q. c. sr. v. pecuniam. in fi. Et. solutio. 8. q. bb. sr. v. iudici. Et ibi etiā de pena corrūpētis aduersariuz. vide in. v. qui diffidentia.

¶ Et de pēa corrūpentis iudicez. vide sententia. 9. q. a. Et. symonia. 3. q. f sr. v. arrēdare. v. fi. ¶ Et de pena publici officiat corrupti. vide. officialis v. siue regis.

¶ Correctio. An correctio euangelica: si peccauerit i te frt tuus. de quo matth. 18. c. extēditur ad ōes. ꝛ vtrū i ducit osiliū l pceptū. Itez an eiꝰ omisso inducit petm. h. i. c. in oi. i. 2. vi. v te sti. Itē ad quē spectat corrigere aliū de pctō. h. i. c q̄ alios. de bere. Et vide. religiosꝰ. 6. q. e. sr. v. correctōe. ꝛ. 10. q. a. sr. v. obedire. ꝛ denūciatō. v. circmāz. a. vsi. euāgelica ē. vsq; ad. vsi. canōica ōnūci.

¶ Culpa. Probatio culpe icūbit agēti. vt nō.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Que est pena pdētis castrum culpa sua. captiuus. 4. q. a.

¶ An opus destructum presumitur culpa artificis corruisse. opus. 7. q. .a.

¶ An deteriorato rei do talis inextimate culpa viri contingens imputetur ei. dos. 7. q. c.

¶ De qua culpa tenetur commodatarius. commodatum. 6. q. per totum.

¶ De qua culpa tenetur depositarius. depositus .11. q. b. c.

¶ Quid est lata culpa: leuis: z leuissima. depositum. 11. q. b. significatio. 2. q. i.

¶ An imputatur culpa venditori post traditionem. venditio. 5. q. a. b. c. d. e.

¶ An conductor tenet de culpa: locatio. 8. q. p totum. Et ibi vide de locatore. vide. furtum. 4. q. m.

¶ An socius tenetur de culpa. societas. 6. q. c.

¶ Qualiter tenet de culpa mandatarius. mādatum. 3. q. per totum.

¶ Qualiter tenetur negociorum gestor de culpa. negociorum gesto. 2. q. per totum.

¶ Qualiter tenetur creditor de rei pignorate eius culpa deteriorationē. pignus .9. q. a. b.

¶ An tenetur debitor de debito consignato z depositi sui culpa perdito. solutio. 6. q. a.

¶ Qualiter culpa cum culpa compensatur. compensatio. 2. q. b. c.

¶ An heres tenetur de re legata perdita culpa sua. legatum. 13. q. c.

¶ An est in culpa consanguineus nō custodiens consanguineum fatuum ne malefaciat. accusatio. 5. q. c.

¶ Qualiter tenet raptor de damnis illatis culpa sua. vis. 4. q. c.

¶ An est in culpa tenens malos familiares. furtum. 4. q. i.

¶ An est in culpa dormiens qui ignem non extinguit. damnum. 5. q. i.

¶ Qualiter est in culpa effundens quid p fenestram. damnum. 6. q. k.

¶ Qualiter barbitonsor cōmittit in suo officio culpam. damnum. 6. q. i.

¶ Qualiter tenetur de culpa custos carceris si captus fugit. captio. 5. q. a. b. c.

¶ Qualiter imperitia est magna culpa. regula. 2. q. regula. 5.

¶ An iracundia factus est culpa. vide. regula. 2. q. regula. 26.

¶ An alterius culpa alij nocet. regula: 2. q. regula. 8.

¶ Cuneus. ℣ide. bellum. i. q. b.

¶ Cultura. ℣ide. locatio. 8. q. a. fructus i. q. a.

¶ Cupiditas. ℣ide. episcopus. 7: q. aa: bb. symonia. 3. q. a. rex. 15. q. a. b. iudex 4. q. a. auaritia: per totum.

in. l. si creditor. C. de pigno. acti. Et eo non probante culpa recurritur ad iuramentum rei. vt in. l. i bōe fidei. C. de re. credi. Sed nota q probato dāno satis ē pbata culpa. bal. in. l. fi. .C. ad. l. aquil. z C. de iniurijs. l. si non conuicij De hac culpe probatione: vide q̄ latiꝰ scripsi. casus. v. vtz ille q̄. Et vide. pignus. .8. q. b. super. v. interesse. in fi.

¶ Deliquēs qui non fuit in culpa non debet ordinarie puniri: licet ppter eiꝰ negligentiaꝫ extraordinarie puniatur ordō. cur. li. z. ti. x. l. iij. Et vide. homicidium. 5. q. c. z q̄ ibi scripsi sup. v. occidendi. v. qui non. in prin.

¶ Qñ occidenti potest culpa asscribi. z quando culpa eq̄paretur dolo. vide in dicto. v. qui nō. in. vsi. quero quando potest. ¶ Si nomen culpe platum est a lege: de qua culpa tunc intelligat. vide. dos. 15. q. a. sr. v. pria ptāte. v. sz circa pdcā. i. vsi. q̄ro que culpa.

© Biblioteca Nacional de España

Curatoꝛ. Qui dent curatoꝛes. ⁊ quibꝫ dent. ⁊ que ſit eoꝝ poteſtas. quibus cauillationibus ab agendo repellantur. quibus modis cõſtituuntur. ſpec. ti. de curatoꝛe. li. i. parti. iij. ¶ Et de curatoꝛe furioſi: vel prodigi. vide azo. in ſũma. C. de cura. fu. vel pdi.

¶ Quero: aliq̃s petebat curatoꝛem tanq̃ minoꝛ vt proinde ſeq̃retur beneficiuꝫ reſtitutionis in integruꝫ cui aduerſarius reſiſtebat ⁊ dicebat eum eſſe maioꝛem: iudex pronũciauit eum eſſe minoꝛẽ ⁊ dedit ei curatoꝛem: cum re vera eſſet maioꝛ: queritur: an valeat datio iſtius curatoris. Reſpõdeo ſic. vt nõ. C. de iura. calum. l. iſ. ſ. q̃ obſeruari. i glo. de quo per bal. in l. ſi cum. C. quãdo prouo. nõ eſt nece. Et vide que ſcripſi. ſtipulatio. 4. q. c. ſuper v. curatoꝛem. Et. actoꝛ. 2. q. b. ſuper. v. bonis. ⁊ e. q g. ſuper. v. preſente. ⁊ ſuper. v. curatoꝛ. Et. procuratoꝛ. 3. q. b. ſuper. v. auctoꝛitate. Et. confeſſio. 2. q. a. ſuper. v. impuberis. Et. tutoꝛ. quaſi per totuꝫ. Et. diuiſio. 4. q. a. ſuper. v. conſocio. v. habeo rẽ. in fi. Et. infans. Et. executio. 10. q. c. ſuper. v. iudicio. v. quidã in teſtamento. in fi.

Curatoꝛ. vide. captiuus. 4. q. a. actoꝛ. 2 q. e. arbiter. 4. q. b.

¶ In quibus caſib⁹ datur curatoꝛ. vide. actoꝛ. 2. q. e. ⁊. 6. q. d. ¶ Cetera de curatoꝛe. vide. procuratoꝛ. 3. q. a. b. citatio 4. q. a. dos. 5. q. g. ſtipulatio. 4. q. c. d. g. condicio. 5. q. 8. tutoꝛ. 7. q. a. b c. f. l. reſtitutio. 2. q. b. c. appellatio. 3. q. a. g. ſententia. 7. q. b.

a ¶ Caſibus. Dic q̃ cum quis cedit bonis: vel decedit ſine herede: vel cum herede nolente adire hereditatẽ: tunc ad inſtantiam creditoꝛis per officiũ iudicis dandus eſt curatoꝛ bonis. ff. de cura. bo. dan. l. i. in fi. Itẽ dandus eſt curatoꝛ bonis quando venter in poſſeſſionem miſſus eſt. vt in dicta. l. i. Quandoq̃ bonis abſentium: vtputa quando aliquis captus eſt ab hoſtib⁹. ff. ex qui. cau. maio. l. ab hoſtibus. ſ. i. vide. captiuitas. 4. q. a. ſuper. v, curatoꝛes. Item quando debitoꝛ non vult ſoluere creditoꝛibus: tunc creditoꝛes adeant pretoꝛem qui curatoꝛem conſtituat ex conſenſu maioꝛis partis creditoꝛum per quem bona vẽdãtur ſecundum menſuram debiti. ff. de cura. bo. dan. l. i. Quandoq̃ bonis preſentiuꝫ: vt prodigis: furioſis mutis: ⁊ ſurdis: vel qui morbo perpetuo laborant q̃ rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. Et hoc verum eſt quando ſunt maioꝛes vigintiquinq̃ annis: q̃ ſi fuerint minoꝛes: tunc ratione etatis datur ei tutoꝛ vt curatoꝛ. vt. ff. de cura. ſu. l. ⁊ vide azo. i ſũma

¶ Cura. vide. clericꝰ. 4. q. a. beneficium. 3. q. b.
¶ Curia. vide. reꝛ. 19. q. a. b. ⁊. 5. per totum. citatio. 5. q. a.
¶ Cuſtodia. vide. depoſitum. 11. q. b. locatio. 8. q. m. n. furtũ. 4. q. i. captio. 4. q. per totum. reꝛ. 15. q. i. exercitus. i. q. per totum. p̃oa. 2. q. b. i. p̃gnans. 3. q. b.
¶ Clamis. vide. miles. 8 q. b. c. epiſcopus. 7. q. o

.C. e. ti. ¶ Quero: quid ſi iudex dedit alicui curatoꝛem tanq̃ prodigo cum nõ eſſet prodigus. Reſpõdeo. glo. ſunt diuerſe: vt per ea. l. ſi cum. C. qñ prouo. non eſt ne. Tu dicas q̃ nõ valet: niſi is fuerit datus cum ſolemni cauſe cognitione. Alij vero diſtiguũt inter etatẽ reſiſtentez et pdigalitatez ñ aſſiſtentem: quia etas de neceſſitate labitur: ſed pdigalitas ⁊ ñ prodigalitas declarãda requirit iudicis miſteriũ. ita tangit glo. i. l. i. C. de cura. furi. ꝓma opinio veriꝰ ẽ: ergo ꝯtractus factꝰ cum iſto nõ prodigo valet: non obſtante iudicis temerario interdicto ⁊ curatoris impoſſibili datione. de quibus per bal. in dicta. l. ſi cum. de qua queſtione ⁊ de pluribus aliis queſtionibus circa prodiguz. vide per bar. in. l. ſi is cui bonis. ff. de verbo. obli. ⁊ vide etiam azo. in ſumma. C. ỽ. cura. furi. vel p. ⁊ vide. tutoꝛ. 7. q. b. ſup. ỽ. furioſo. Item datur curatoꝛ mulieri luxurioſe viuenti. ff. de cura. furi. l. et mulieri.

¶ Cura. Utrum prelatꝰ poteſt committere ſuo conſanguineo curam eccleſie poſtpoſito meliori. h. in. c. graue. de preben. ⁊ digni.

¶ Cuſtodia. Quero: quid ſit officium cuſtodis. Reſpondeo q̃ in multis conſiſtit officiũ cuſtodis deputati pro priuato intereſſe: naz cuſtos agri poteſt prohibere ingredientem. vt. C. de ſer. vrba. predi. l. diuus. Item poteſt pecora expellere de fundo: ⁊ includere: non tamẽ occidere. C. ad. l. acquil. l. quintus. de preſcrip. ver. l. qui ſeruãda rum. ff. Item capere eum qui dedit damnum vt teſtes recognoſcat eum. C. de adulter. l. capite quito. Item poterit ei fructus quos furripuit auferre. l. ait pretoꝛ. ſ. ſi debitoꝛem. ff. de his q̃ i fraudi credi. Et infra certum tempus eum ad iudiciẽ ducere. l. interdum. ſ. qui furem. ff. de fur. Et ſi fur telo ſe defendit poterit eum occidere ſi erat furtũ vel damnũ enoꝛme. Nam valde paruũ eſt propenihil preſertim tempoꝛe famis vel ſitis. l. iſ. C. ad l. rodiã. de iac. ⁊ in. ſ. coll. de cle. vio. pa. ſ, ſi. Nã

© Biblioteca Nacional de España

tamen poterit pignorare: vel alijs rebus grauare vel citare damnum dantem quia non habet iurisdictionem .ff. de re. iuris. l. non ex singulis. Si autem esset custos creatus a re publica: vel a domino alicuius ciuitatis: tūc esset videnda forma sue commissiōis Nam ex simplici custodia sibi non est commissa iurisdictio sed debet maleficium denunciare iudici. vt. l. i. .C. de custo. reo. De quibus per bal. .l. dominus. colum. i. C. de loca. & cō duc. Et vide Juramentum. 2. q. a. super .v. recusari .v. & credit'. ¶ Cum res alicuius peruenit ad me: an tenear ipsam custodire. Dic q: aut peruenit ad me preter voluntatem meam: et tunc possum repellere a me: nec teneor custodire Aut non venit preter voluntatem meam: et tunc non possum reijcere. Item si aliquis iudex vel baulus ceperit malefactorem aliquem cuius cognitio pertineat ad alium non ad ipsum: non debz ipsum relaxare: immo tenetur eum custodire. Et idem videtur dicendum in arrendatoribus decimarum: q; ille cuius est vinea nullo modo vindemiā effundere potest: posito q; arrendatori clamauit vt venisset recuperaturum decimā suam: cū subuenire sibi poterit officio iudicis vt tempus sibi prefigatur ad recipiendum decimā suam. De quibus per bar. l. si heres. ff. de triti. vi. & oleo le. ¶ Vide que scripsi. captio. 4. q. a. super. v. custodiendus. & 5. q. a. super. v. captis. & e. q. b. super .v. custodis. Et locatio. 8. q. a. super. v. perdita. Et. castrum. i. q. a. super. v. custos.

¶ Clam. Utruz plus punitur factum clam q; palam: vel econtra. h. in. c. cum inhibitio. de clād. desp̄o. di. ij. ¶ Nota q; clam dicitur fieri q; non fit coram iudice. quod verum est si eius presentia requiratur. Et si de consuetudine aliquid consueuit fieri publice: vt matrimonia: et aliquis faceret coram duobus testibus: diceretur fieri clam vt. ff. de ritu. nup. l. fi. Clam etiam dicitur fieri quicquid fit taliter q; non possit venire in noticiam eius cuius interest, vt. l. clam possidere. in princi. ff. de acqui. posse. De quibus per bar. in. l. sciant. C. is qui. ex plu. rati. mu. pecu. acce. li. x.

¶ Clauis. Quid est clauis ecclesie. et si sit vna tantum: vel plures. h. in. c. tanta est clauis. de excessi. prela.

¶ Clam. Vide matrimonium. 12. & 13. q.

¶ Clauis. Vide. castruz. 4. q. a. bellum. i. q. d. possessio. 6. q. d. locatio. 8. q. n.

¶ Clausula. Vide. rescriptum. 2. q. b.

¶ Clericatus. Vide sacramentū. i. q. a. 3. q. a.

Clericus. Primo quero: quare vocantur clerici. Dic q; clericus dicitur quasi in dei sortem electus: quia horas diuinas dicit: et contentus debet esse parte dei: scilicet decimis primitijs et oblationibus. Et tam in minoribus q; in maioribus ordinibus constituti vocant' clerici[a].

Clausula. De triplici clausula: scilicet de clausula non obstante lege. & de clausula non obstante facto, et d clausula ex certa scientia. Vide Rescriptum. 3. q. b. super. v. naturale. v. rescripta post. & v. imperator dum. De clausula non obstāte vide etiam. legitimatō. i q. e. super. v. dumtaxat. v. an imperator. in. versū quero an in priuilegio. cum duobus. versi. sequen. ¶ De generali clausula vide. rescriptum. 2. q. b. super. v. generalis. & super. v. maiores. Et. successio. 3. q. a. super. v. pactum. v. non valet. in. versi. quero an clausula. cum duobus se. versi. Et que scripsi. generale. Et que scripsi. speciale. Et. beneficium. 4. q. d. super. v. licet iniuste. Et de clausula testamentari vel codicillari; vide. testamentum. 7. q. f. super. v. per secundum.

Clericus. Qui possint ordinari clerici. & que sint clericorum priuilegia. azo. in summa. C. de epis. et cle. §. nunc de clericis. Et de nuptijs clericorum: vide ibi per eum in. §. fi. ¶ Clerici nec laicum capiant: nec eius bona exequantur sine brachij secularis auxilio. vt pet. xliij. ordi. de Medina. per regem Johannem secundum: anno millesimo q; dringentesimo tricesimotercio. Vide infra. 10. q. b. super. ver. inuocetur. ¶ Et laicus pro clerici vel ecclesie debito capi non potest. captio. i. q. a. super. ver. causis. ver. laicus pro. et. ver. sequen. ¶ Et an clericus potest publica officia habere. vide. officium. ver. clerici officia. Vide que scripsi. forus. ver. si q; clericum. Et. falsitas. 2. q. b. super. ver. presbyter. Et. 5. q. a. super. ver. regis. ver. Item dic q;. et super. ver. occidetur. ver. clericus autem. Et. arrendatio. v. recaudatorum. Et. citatio. 5. q. a. super. v. centum. v. ecclesiastica persona.

[a] ¶ Clerici. Qui continentur nomine clericorum. h. in. c. cum tibi. de verbo. signi. di. ij.

© Biblioteca Nacional de España

prima pti. titu. 6. l. i.

a ¶ Secundo quero: quotuplices sunt clerici. Dic q̄ multiplices: quia sancti patres ecclesie statum ordinantes diuersa genera dignitatum ⁊ beneficiorum ordinauerūt. vt in ecclesijs cathedralib⁹ et collegiatis: decanos: prepositos: priores: archidiaconos: precenp/tores (precenptor idem est qđ chantre: seu capiscol): thesaurarios: scolasticos: ⁊ canonicos.

¶ Et in parrochialibus clericos: ⁊ vnum in qualibet ecclesia maiorem q̄ curam habet animarum Et parrochialibus (scilicet ecclesijs) p̄posuerunt archipresbyterum. p̄ma pti. ti. vj. l. i.

b ¶ Et sicut sunt nouē ordines angelorum: ita et clericorum. Nam quidam sunt tonsurati: qui est minor ordo. Secundus ordo est hostiarius Tercius lector. Quartus exorcista. Quintus acolitus. Sextus subdiaconus. Septimus diaconus. Octauus presbyter: Nonus episcopus. eo. ti. in prohemio. De omnibus istis: vide infra. 4. q. ordo. i. q. a.

a ¶ Tercio q̄ro. Qui possunt esse clerici. Vide. ordo. 3. q. ¶ Et dic q̄ non potest esse clericus illegitimus[a]: nisi per papaz legitimatus. aut si fit religiosus: ⁊ iste religiosus illegitimus non potest sine dispensatiōe pape p/sonatum vel dignitatez obtinere. ¶ Nec bigamus erit clericꝰ: aut voluntarius homicida: nec in ante receptis ordinibus ministrabit[b]. p̄ma pti. ti. vj. l. xij. vide. papa. 4. q. e.

¶ Quid de penitus illiterato. vide. episcopus. 2. q. e.

¶ Et quia de homicida fit mentio. Scias q̄ triplex est homicidiuz. voluntarium. fortuituz. coactum. ¶ Voluntarius homicida est q̄ruplex. facto: vt per se occidendo. consilio: vt alius occidat consulendo[c]. mandato: vt si mādet alicui subdito vt occidat: vel rixantem animetur[d]: dicendo occidas eum: defendendo alium non semetipsum: vt si defendat rixantem (qui rixans sic defensus: vult postea aliuz interficere: nec sibi defendit vt non interficiat) aut componentes rixam prohibeat ne pacificent eam: Et quocunq; istorum modorum sit homicida non potest ordines recipere: nec in receptis ministrare absq; licentia pape. ¶ Si vero fuit homici/

a ¶ Illegitimus. potest tamen episcopus cum isto dispēsare vt ad minores ordines promoueatur: et beneficium vnicum sine cura habeat. ad maiores ⁊ beneficium curatum solus papa dispensat. de filijs presbyt. c. i. li. vj. Vide. visitatio. ¶. q. b. super. ¶. confirmare. in fi. Nec potest habitum beneficium permutare sine alia dispensatione. vt i dicto. c. i. per archi. in fi. Et de hoc vide. permutatio. 4. q. a super. ver. beneficium.

b ¶ Ministrabit. De isto homicida. vide. h. in. c. fi. de tempo. ordi. ¶ De bigamo: an post ordinationez trāsiens ad religionem gaudet priuilegio clericali. h. in. c. vt bigami. de bigamis. Et vide infra. 4. q. super. n. Et. papa. 4. q. d. ¶ Item an potest bigamus saltim dispensatiue promoueri. Et per quem potest cū ipso dispensari. h. in. c. vt bigami. de bigamis. ¶. di.

c ¶ Consulendo. Vide q̄ scripsi. homicidium. ¶. q. f. sup. ¶ consiliū.

d ¶ Animet. Quid si prestat arma et sequitur homicidiuz: an censetur homicida. h. in. c. ita quorundam. de iude. et sarace. Et de hac materia in. c. interficisti. ¶. si autem. de homici. ¶ Item quid si amicis super eis vindicta loquētibus nil dixit: an erit clericus homicida. h. in. c. petrus. de homici.

© Biblioteca Nacional de España

a ¶ Currendo Quid si eq⁹ fpudiato freno excessit: an ſtatur clerici iuramento q̄ vicium equi ignorabat: vl̄ ſe purgabit. h. i. c. ſignificaſti. de homici. ⁊ vide. homicidium. 4. q. 4. a ſuper. v̄. currens. in p̄i.

b ¶ Excuſare. An tenet fugere ſi poteſt. h. in. c. ſuſcepimus. de homi. Et ibi vide: an creditur ei q̄ nō poterat fugere ſine periculo: vel debet alias p̄bare. Vide q̄ ſcripſi. ref. 25. q. 6. ſuper. v̄. moderamine. v̄. q̄ro de hoc. in v̄ſi. q̄ro pone q̄.

c ¶ Non poteſt. Contrarium tenet. h in. c. gaudemus. in fi. de diuor. ſ. indiſtincte: q̄ nō eſt irregularis: licet alij teneāt q̄ hic dicitur.

d ¶ penitētes An poteſt epiſcopus cū iſto diſpenſare. h. in. c. vt bigami. v̄ biga. Epiſcopus. 2. q. 6.

da fortuitu. ſi quidē culpa preceſſit: quia rem illicitam ꝓpetrabat equū currendo[a] lapidem iaciendo non poteſt ordinari. nec in ſuſceptis abſq; pape licentia miniſtrare. Idem ſi fecit q̄ pregnās aborſum fetus viui (etiam ſi bono animo fecit: vt quia pregnantem caſtigabat: vel ſibi medicamen inferebat ⁊ ſimilia) faceret. Sed ſi culpa nō p̄ceſſit: non indiget diſpenſatione: niſi eſſet ꝓpter hoc ſcandalum: vel eſſet infamatus: nec poſſet facere purgationem. ¶ Sed ſi eſt coactum homicidium: vt in ſui defenſionem: ſi aliquo modo potuit hoc excuſare[b] nec fecit: nō ſuſcipiet ordines. ſed poteſt epiſcopus ſecuꝫ diſpenſare: vt beneficium retineat: miniſtretq; in ordinibus ſuſceptis peracta penitentia. Sed ſi excuſare non potuit: miniſtret in ſuſceptis: alios autem recipere non poteſt. eo. ti. l. .xiij. xiiij. xv. xvj. vide. damnum. ſ. q. d.

c ¶ Item qui per iuſticiaꝫ occidit: vel mutilat: vel hoc mandat: aut conſulit: ſeu fieri iuuat: nō poteſt clericari. Et ideo ſi ī fidelis iudex iuſte occidit vel mutilat: ⁊ poſtea baptizetur: non poteſt[c] ordinari. Sed ſi iniuſte occidat: poteſt. quia ī primo caſu non peccauit: ideo per baptiſmū non deletur. ſecundo deletur: q̄ peccauerat. e. ti. l. xvij.

d ¶ Item publice penitentes[d] non poſſunt ad ſacros promoueri ꝓpter infamiaꝫ et verecundiam commiſſorum: et quia ſuſpicaretur eum ad priſtina cō miſſa redditurum: ſcandalumq; foret de eius ordinatione: nec forte bene corrigeret alios commiſſorū impeditus ruboꝛe. e. ti. l. xix.

e ¶ Item non eſt ordinandus qui in ſanitate baptiſmum pretermittens infirmitate occupatus baptizatur. nec poſtea vt bonus conſeruetur chriſtian⁹: niſi in aliorum defectu (vt ſi pro eccleſia ad cuius titulum ordinatur ali⁹ non reperitur). ¶ Nec ordinetur: baptiſmum: confirmationem: aut ordinem iterans. Et ſi de facto ordinetur: degradabitur (etiam ab ordinibus ante receptis). eodem titulo. l. xx. Papa. 4. .q. e.

f ¶ Item ordines ſacros ab illo qui epiſcopatui et dignitati renunciauit recipiens ſcienter non miniſtrabit in ſic ſuſceptis: etiam ſi ignorantiam pretendat cum publice ſciretur. Sed ſi ignorauit (ſupple cum publice neſciretur q̄ ordinans renunciaſſet epiſcopatui et dignitati) poteſt de epiſcopi ſui licentia miniſtrare. Si autem epiſcopatui: ſed non dignitati[e] renūciauit de licentia epiſcopi (ſcilicet ordinati) valet ordinatio: niſi papa expreſſe ne ordines celebraret vetu

e ¶ Nō dignitati. An i dubijs renūciās epatui viđ renūciaret dignitati. h. i. c. req̄ſiſti. de ordi. ab epiſ. q̄ reſig

© Biblioteca Nacional de España

it(.s.sic ñũciãti ep̃atui) Renũciãs tamẽ ep̃atui ⁊ dignitati[a]: abbasq; benedictus[b] bene ordinat de tonsuratu: hostiarij: ⁊ lectoris ordinib⁹[c]. e.titu. .l.xxij.

g ¶ Item obligatus ex administratione regi communi vel homini potenti: non potest ante ei⁹ satisfactionem ordinari[d]. Sed si persone ecclesia/stice: aut vidue: orpha/no: aut homini non po/tenti: ex ratiocinijs tenebatur ante dictis: nihil/omin⁹ potest ordinari[d]: quia pro talibus debi/tis non capitur in perso/nam[e]. Idem si non ex ratiocinijs: sed ex alio contractu sit debitor. sorti/tur tamen ob id debitũ anterioris iudicis forũ[f] ⁊ exequat[g] in bñficio⁹ quitur anteq; processum esset contra eum: alias secus si post processum inchoatum: vel post sententiam efficitur clericus: quia sibi non prodest ista allegatio clericatus: nisi ad illum clericatum perueniat: non suo motu sed forte tractus a superiore. Sz Jo. an. in dicto. .c.ij. de obligati. ad ra/ti. dicit hoc fore verum: ad executio/nem faciendam in reb⁹ Sed q; pro/pria perso/na possit ca/pi et detine/ri in carceri/bus: vel de/capitari hoc fieri nõ pos/se in perso/nam clerici. Et qõ dicit ipse in cleri/co: idem di/cit de monacho: seu alio qui regularem professionem faceret qui quatenus ad mundum est mortuus. Et iudex secularis puniet clericum: eo prius degradato ab episcopo suo. Vide circa hoc infra.10.q.c. super .ver. degradatur. Et quia istam degradationem non faceret episcopus: ex isto inconuenienti sequitur aliud inconueniens: q; iudices seculares licet contra iusticiam faciant: iusticiam de eis faciunt eos puniendo. Predicta vera: nisi faceret p/fessionem existens in carceribus: vt dicit vbi supra Joban. an. Item predicta vera in his qui efficiuntur clerici: vel faciunt professionem: ita q; efficiuntur religiosi. Sed in istis qui mutant habitum et efficiuntur hechiti seu milites gaudentes: posito q; habeant priuilegium q; sint exempti a curia seculari: talis habitus mutatio nõ prodest sibi: quia illa regula non facit eum clericum: nec facit eum religiosum: sed dat sibi quendã modum viuendi. Nam retinet proprium et vxorem et filios. de predictis per barto. in dicta. l. quotiens. ff. de penis. Et vide etiam per bal. in. l. officiales. C. de episcopis ⁊ clericis. Et etiam per. h. in. c. dudum. de electi. di. ij. colum. xiij. ver. hoc dictum est. Et etiam per eum in dicto. c. proposuisti. de fo. competen. di. secunda. in colum. secunda. Vide que scripsi infra nona. q. a. super. ver. Clerici.

a ¶ Dignitati. Iste nihilominus retinet caracterem ordinis episcopalis: vt nota. de renunci. c. post translationem. glo. ante penultima.

b ¶ Benedictus. An hoc potest ante benedictionez: cũ episcopus eum irrationabiliter benedicere recusat. glo. dicit q; sic: i .c.i. de supplen. negligen. prela. Sed Innocen. ibi dicit q; non. ¶ Item an ẽ necessaria examinatio in abbatis benedictione. Innocen. dicit q; sic. in. c. venerabilem. super. v. consonamus. de electi. ¶ Et an abbas potest istos ordines cõferre illis i quos non habet iurisdictionem. vide per Jo. an. in. c. cum contingat. de eta. et quali.

c ¶ Ordinibus. ¶ An hoc potest presbyter. vide glo. in. c. nullus. de tempo. ordi. li. vj. ⁊ h. in. c. cum contingat. de eta. et quali.

d ¶ Ordinari. An potest ordinari obligatus ad ratiocinia. h. in. c. magnus. de obliga. ad ratio. ¶ Et vbi q; s tenetur reddere rationem ratiocinij. vide azo. in summa. C. vbi de ratio.

e ¶ In personarum. Vide. captio. i. q. a. super. v. causis. ver. laicus pro. Et vide ordi. cur. li. tercio. titulo .ix. l. finali.

f ¶ Forum. Vide infra. 4. q. p. super. ver. commodum .ver. Item an clericus. ¶ Si quis post citationem efficitur clericus: an remanet eius iudex laicus citans .h. in. c. proposuisti. de fo. competen. ¶ Si aliquis post delictum est factus clericus: vtrum puniatur a iudice laico: vel a iudice ecclesiastico. Istam questionem ponit Specu. in titu. de reo. Joban. an. ponit eam multum late. extra de obligati. ad ratio. c. ij. Et Anca. in repetitione sua. in. c. ea que fiunt. 13. q. de regulis iuris. li. sexto. Sed Barto. in. l. Quotiens. ff. de penis: sic distinguit. An se clericum fecit in fraudem: et tunc ista allegatio sibi non prodest. Aut est certum q; fecit sine fraude: et tunc proderit sibi ista exceptio. Aut est dubium: et tunc si quidem erat accusatus: vel diffamatus de crimine: presumitur hoc facere in fraudem: alias secus. Et ista distinctio lo/

© Biblioteca Nacional de España

g ¶ Beneficiorum. Vide. fructus. 14. .q. super. v. beneficij.

ecclesiasticoꝝ bonis sententiam ob causam illã. e. ti. l. xxiij.

b ¶ Et si lis mouetur ordinando: non ex causa ratiocinij regis: aut communis. si quidem mouetur doli ratione in administratione commissi: vl' recusatõis ratiocinij reddende pretextu: non est interim ordinandus. Idem est lite nondum mota: si est (.s. per famaꝫ vl' alias) notorium: de dolo cõmisso. Sed ratione litis ob culpaꝫ mote nõ impeditur ordinari iurisdictione super hoc anteriori iudici reseruata. e. ti. l. xxiiij.

b ¶ Ordinandus. Que deformitas impedit ꝓmouendum. h. i. c. thomas. de corpo. vitia.

i ¶ Item cui mẽbrum aliquod de apparentib⁹: vt manus: pes: oculus: nares: auris: aut labium deficit: non est ordinandus [b]. ¶ Idem si tota manus: digit⁹: vel tãta eius pars: ꝙ hostiam de facili recipere et frangere nequiret deficiat. Sed si pedis digitus: vl' dens absit: aut sex digitos habeat: vl' diffomitatem aliquam digitorum: ordinabitur. Si vero testiculi: aut virga deficiunt: si quidem ei⁹ facto: vt quia scindit: vel amputari mandauit: non est ordinandus. Si autem casus: aut medicorum consilio propter euitandam infirmitatem deficiat: non impeditur ordinari: quia et si membra principalia sint: sunt tamen occulta. e. ti. l. xxv.

i ¶ Excommunicare. An abbatissa ab officio seu beneficio clericos: seu moniales sibi sbditos. h. in. .c. dilecta. de maio. et obe.

k ¶ Sed nec mulier potest ordinari: predicare: benedicere: excõmunicare [i]: cõfessiones audire: penitentiam iniungere: aut iudicare [k]. quia licet virgo maria maior fuerit apostolis: non tamen ei: sed ipsis cõtulit dñs ligandi ꝙ absoluendi potestatem. e. ti. l. xxvj.

k ¶ Judicare. Nisi sit regina: vel comitissa. Jud. .3. q. b.

l ¶ Et sciendum: ꝙ a septennio vsqꝫ ad duodecim [l] annos: potest quis primos quattuor ordines. infra duodecimũ acolitum. decimooctauo subdiaconatuꝫ. vicesimo diaconatum. et in tricesimo anno presbyteratus ordinem recipere. Si tamen habet ecclesiam parrochialẽ archipresbyteratum: aut decanatũ (vl' abbatiam): potest infra vigintiquinqꝫ annis ad sacerdotium promoueri. Et laicus habens decem et octo annos clericari volens: potest in primis duobus annis minores: ꝙ in quinqꝫ sequentib⁹ sacros ordines et sacerdotium adipisci Et potest episcopus cum eo dispensare ex causa rationabili: vt omnes ordines in anno cum dimidio recipiat: vt propter genealogiam: litteraturam: bonam vitam: aut clericorum defectu. Et si ingreditur religionem: potest infra annũ ad omnes ordines promoueri. eo. titu. .l. xxvij.

l ¶ Duodecim. Que etas requiritur in promouendo. h. in. c. super ordinata. de ꝓbendis. ¶ Et an impubes ad sacros promotus fact⁹ pubes teneatur continere. h. in. c. tue. di. .iij. de cleri. per sal. prohemo. Et Innocen. in. c. non est tempus. de tempo. ordi.

m ¶ Item furtiue ordines sine prelati sui licentia recipiens: vel duos sacros ordines vna die: non in susceptis nec in anterioribus ministrat: et debet perdere beneficium. ¶ Et ordinans vna die

© Biblioteca Nacional de España

ad quattuor gradus et ad subdiaconatus[a]: vel ad duos sacros ordines vnum scienter: aut tempore indebito: perdit ordinãs (scilicet ordines) celebrandi potestatem: donec papa dispenset. ¶ Et ordinatus añ tempus debite etatis nõ ministrat: donec etatis tempus aduenerit. Et episcopus eum ordinans ꝓhibetur per superiorem ordines celebrare: et cõpellitur sic ordinato beneficium (scilicet tale vnde ordinans sustentet) conferre[b]. ¶ Item per saltum promotus vsq; ad peractas penitentias (scilicet quas eius prelatus imposuerit ob id crimen) et ordinis obmissi receptionem[c] non ministrat in aliquo ordine. e. ti. l. xxviij.

n ¶ Et ministrans in ordine non suscepto prohibetur in susceptis perpetuo ministrare. Potest tamẽ episcopus post biennium (a tempore prohibitionis computãdũ) secum vt in susceptis ministret dispensare ⁊ beneficium sine cura conferre. Non tamẽ potest ad vlteriores ordines promoueri. eodem titulo. l. xxix.

o ¶ Et scias q; tenetur episcopus ordinem petẽti clerico dare etiã si scit eum esse in peccato: cuius pretextu si sciret nõ deberet ordinari: q; melius est eum promouere q; de talibus que pro bari non possunt eũ diffamare. De occultis enim solus deus iudicat: debz tamen eum secrete peccatus commemorãs ne ordinetur monere. Religiosus tamen peccator occultus non potest sine sui superioris licentia[d] ꝓmoueri. eo. ti. l. xxxiij.

p ¶ Nec ordinetur episcopus hominẽ alterius diocesis incognitum sine licentia eius diocesani[e]: alias ordinatus in susceptis ordinibus absq; sui episcopi licentia non ministrabit[f]. eodem titulo. l. xxj. beneficium. 3. q. 9.

a ¶ Subdiaconatum. De hoc vide. c. cum henricus lator. de eo qui fur. ordi. recte. et Inno. in. c. iij. de tempo. ordi.

b ¶ Conferre. An ordinato sine titulo ad sacros potest ordinans: vel successor obijcere crimen: ne ei cõferat beneficium. h. in. c. accepimus. de eta. et quali. ordi. ¶ Item an habens sufficiens patrimoniũ potest petere beneficium ab ordinario qui eũ ordinauit. h. et Innocen. in. c. episcopus. in fi. de preben. ¶ An ispectans potest ordinari ad titulum spectationis sui beneficij. h. in. c. exhibita. de re. permu. Et vide. patronus. 4. q. f. ¶ Et quando tenetur episcopus prouidere clerico per eum promoto sine titulo. h. in. c. cum secundum. de ꝑben. et digni. et. c. per tuas. de symonia. ¶ Item si perit patrimoniũ clerici ad cuius titulum est promotus: an teneatur ei episcopus prouidere. ho. in. c. tuis. de prebendis et dignitatibus. ¶ Item an ordinatus ad titulum sui patrimonij potest illud patrimonium alienare. ho. eo. c. ¶ Item vtrum ordinatus sine titulo ad sacros qui promisit episcopo ne eum super hoc inquietaret: hoc non obstante possit contra eum agere ad prouisionem. h. in. c. si quis ordinauerit. 2. di. de symo. Et an talis ꝓmissio sit symonia. ibi vide. Et. symonia. 3. q. m.

c ¶ Receptionem. Tamen tres primi ordines omissi. s. tonsura. lectoratus: vel hostiarius: ñ sunt repetendi. vt notat Innocẽ. in. c. cum contingit. de eta. et quali.

d ¶ Licentia. Si deserẽs religiõez exꝛ recipit ordines an ꝑt i eis licite ministrare. h. i. c. exꝑte. ó tẽpo. ordi. ⁊ ibi vide Inno. de materia istiꝰ legis ꝑtite. et glo. in. c. ad aures.

e ¶ Diocesãi. nec ꝑt ordinare ét ad titulũ sui ꝓmonij. ho. Inno. h. i. c. exꝑ. de preben.

f ¶ Ministrabit. An ab ista executione ordinum: est suspensus iste clericus a iure: vel suspensus ab homine. h. in. c. ꝙ translationem. de tempo. ordi.

© Biblioteca Nacional de España

¶ Item ꝙliter clerici peregrini: siue extranei admittentur ad ordines: siue ad diuina officia celebrãda. et de eorũ litteris commendaticijs. .h.in.c.fina. de clericis peregrinis.

¶ Item est ꝓ prius diocesanus: episcopus originis: vel domicilij: aut vbi clericꝰ habet beneficium ecclesiasticum. vt extra. de tempo. ordi. c. cum nullus. li.vj.

a ¶ Uisitat. Uide. visitatio.3.q.a.

¶ Item quotiens in anno potest visitare archidiaconus.h. ꝺ offi.archi. .c. mandamus. Et de sequentibus vide eum. e. titu.c.archidiaconus.

¶ Et an potest visitare: monasteria: prioratꝰ: vel capellas eorum.h. in.c. dilecto.de offi.archi.

b ¶ Curam animarum. An habet archidiaconus curam animarum.et que dicitur cura animarum. h.in. c. cum satis.de offi.archi. Et ibi vide: an archidiaconus habet institutionem i beneficijs. ⁊ quoꝺ tuplex est institutio. ⁊ qualiter institutio auctorizabilis cõpetit episcopo: nec potest prescribi

¶ Item an archidiaconus habet iurisdictionez ordinariam. e. titu. .c. archidiaconi. Uide que scripsi. archidiaconꝰ.

¶ Item descendens ex linea clericum alicuius ecclesie occidentis vsqꝫ ad quartam generationem non potest clericari: nisi religionem intret. sacrilegium. ſ. q. ꝺ.

a ¶ Quarto quero. Quid sint facturi clerici. In primis dicamus de decano. Et scias ꝙ decanus est in aliquibus ecclesijs personatꝰ omnibꝰ post pontificalem dignitatez maiorꝫ ⁊ habet de consuetudine in clericos ordinariam cohertionem et excommunicandi potestatem. Stetqꝫ in choro ⁊ capitulo pre ceteris honorandus. et obedire debent ei clerici in licitis et honestis. Et dicitur quasi canus: quia sicut canus debet rationabiliter ceteros in sensu ꝓ cellere: ita et ipse alios q̃ bus preest. Dicitur aliomodo a decas qꝺ est decem: quia in primitiua ecclesia distributiões clericorum fiebant: ⁊ quaternis preponebatur vnus: qui maior alijs foret. In aliquibus tamen ecclesijs maior post episcopum prepositus appellatur: quasi ante positus: qui habet eandez potestatem quam decanus. eo. titu. l. iij.

b ¶ Archidiaconus autez grece: idem est latine ꝙ dux diaconorum. Iste enim est episcopi vicarius. Ejisitat[a] que sunt sui archidiaconatus ecclesias: et audit causas (scilicet sui archidiaconatus ad forum ecclesiasticum pertinentes). et diffinit: et cohercet per censuram ecclesiasticaz: castigat delinquẽtes: nisi adeo sint grauia delicta ꝙ debeat episcopo referre. predicare debet populo fidem. Et vocatur oculus episcopi. et ipse examinat et presentat examinandos et beneficiandos: et eos instituit (idest in possessionẽ ponit). Non tamen potest dare litteras vt alius episcopus ordinet: nec curam animarum[b] concedere: nisi de consuetudine[c]. Habet etiaz cum episcopo instituti/onem (et etiam depositionem) archipresbyteri: quia amborum est vicarius vt exerceat alia q̃ de consuetudine sibi cõpetunt: eodem titulo. l. .iiij.

c ¶ Precentor vero dicitur quasi cantor: ad quẽ pertinet in choro et

¶ Consuetudine .h. in.c. cum satis.ꝺ offi. archi. tenet ꝙ concessio istius cure ẽ auctorizabilis: nec habet eam alius inferior episcopo: nec potest prescribi. Idem ho. ⁊ Jo. an. de priuile.c. volentes. li.vj. et clemen. de sta.mona.c. ne in agro. .ſ. ceterum. super. ver. seculares. Sed guillel. de mon. laudu. videtur tenere ꝙ possit prescribi. de excessi. prela. .c.i. in clemen. et glo. in dicto. c. cum satis. Cuius opinio i hac .l. partite eligitur.

© Biblioteca Nacional de España

processionibus cantus incipere: incessus honestos in eis ordinare: que legenda sunt in ecclesia commendare: cui obediāt lectores psalmiste et acoliti. Et alio modo vocatur capiscol: ⁊ alio modo primicerius: qui eandem quasi habent potestatē. Et istius dignitatis maioritas magis ī ꝓsuetudine q̄ꝫ iure scripto consistit. e. ti. l. v.

d ¶ Thesaurarius autem est ornamentoruꝫ ecclesie custos: ⁊ componit altaria: mundatq; ecclesiam: abundatq; eā in incensu et luminaribus: custodit etiam crisma: ⁊ ordinat qualiter baptisteriuꝫ fiat: facit etiaꝫ campanas pulsari. Alio modo vocatur sacrista: quasi sacroꝝ custos: et habet eandem potestatem. e. ti. l. vj.

e ¶ Scolasticus (alias vocatur cancellarius: qui scribit litteras capituli) ꝓuidet scolas de magistris qui doceant pueros legere ⁊ cantare: emendetq; libros quibus in ecclesia ⁊ choro legitur: lectorē/q; errantem. Interest etiā in magistrando (⁊ eis concedit auctoritatez legendi) examinatione in aliqua liberaliuꝫ artiū e. ti. l. vij.

f ¶ Archipresbyteri autem sunt triplices Quidam sunt in ecclesia cathedrali tenentes decani locum: alij minores decanis: alij vero sunt in ecclesia parrochiali. ⁊ de istis vltimis intellige que dixi supra circa archidiaconum: qui (.s. archidiaconi) possunt ecclesias sui archipresbyteratus visitare: subditos corrigere: ⁊ excommunicare: ⁊ grauia delicta archidiacono vl̄ episcopo referre. e. titu. .l. viij.

g ¶ Presbyter vero grece dicitur senex latine. Alio modo vocatur sacerdos[a]; quasi sacer dux: quia p eius manus christianis ministrantur sacramenta (excepto sacramēto ꝓ firmationis). ⁊ ꝓdicat: ⁊ bñdicit populū: recōcili atq; excōicatos in extremis laborantes ꝓpus ab eis recepto iuramēto de stando mandatis ecclesie. e. ti. l. ix.

h ¶ Diaconus grece dicit seruitor latine: q̄ seruit ꝓsbytero ī missa offerēs ei panem sacrificij ⁊ vinum. Et quia dicit euāgelium vocatur euangelistarius. Iste potest predicare: baptizare: et in defectu presbyteri penitentias in mortis articulo laborantibus dare. Et vocatur alio nomine leuita: quia primi eorum fuerunt de genere leui. ¶ Subdiaconus vero dicit quasi minor diacono: quia diacono seruit: offerens ei panem et vinum sacrificij. et est eo inferior in altaris ministerio. Et quia epistolas dicit vocatur epistolarius. eo. titu. .l. x.

i ¶ Acolitus in minoribus ordinibus honoratior grece dicitur latine cereum portans: quia hoc debet facere cum dicitur euangelium: et hostiam et vinum portatur ad consecrandum: in signum q̄ christus est lumen verum: et ea ratione missa sine lumine dici non debet. Portat etiam aquam: et dat eam ministro altaris. Et ordo iste fuit in veteri lege institutus. ¶ Exorcista grece:

a ¶ Sacerdos Ipi sacdotes pctā ppli cōe dūt: q̄ ea delēt p̄cib⁹ suis. vt in. c. episcopi sacerdotes. i. .q. i. Nec est curādū q̄les ipsi sint: seq̄d de deo loquāt. nā nō ea q̄ ipi faciunt: sꝫ ea que ipsi dicunt ⁊ nos facere ꝺ bem⁹. vt i. c ītra catholicā. i. q. i. i fi. iūcto. c. nō q̄les e. cā. ⁊. q.

© Biblioteca Nacional de España

dicitur cõiurator latine: quia potest in dei nomine demões vt ab hominibus exeant coniurare: et ideo debet cordetenꝰ scire coniurationes. Iste ordo fuit per regem salomonem institutus. ¶ Lector debet scire prophetias aperte ⁊ distincte legere: vt audientes meliꝰ intelligant. ¶ Hostiariꝰ idest ianitor in lege veteri templi portas: ne immundus ingrediret cu/stodiebat: ideo nunc ab ecclesia expellit ifideles: recipitqꝫ christianos.

¶ Tonsura est clericatꝰ principiuꝫ: ⁊ habens eã dicit in ecclesia psalmos ideo psalmista vocatur .e.ti.l.ii.

k ¶ Preter ista omnia que pertinent ad officiuꝫ clericorum sunt alia facturi clerici: quia debent episcopo licet eis sit odiosꝰ. (idest licet propter odium quem cuꝫ clerico habet ei aliqua mandet) in licitis [a] obedire. e. titu. l. xxiij. in fi.

l ¶ Item in sacris ordinibus constitutus: aut beneficiatus: debet dicere horas canonicas in sua ecclesia si potest: alias extra. ¶ Et clericus potest cum licentia sui episcopi ⁊ alterius inferioris plati cui subest coniuncti ad aliud beneficium cõuolare in eadem dioceſi vel alia primo beneficio dimissoᵇ. e. ti. l. xxxv. ⁊ xxxiiij. in princi.

m ¶ Preterea scias: qꝫ antiquitus omnes clerici poterant matrimoniũ contrahere. sed occidẽtales pmiserunt votum continentie: orientales vero nequaqꝫ. Et ideo in quibusdam concordant: qꝫ vterqꝫ in minoribus ordinibus constituti possunt matrimonium contrahere: ⁊ in sacris constituti non possunt hoc facere[c]. Et in alijs discordant: quia occidentales quando ad sacros ordines promouentur oportet qꝫ promittant castitatem: orientales minime. Item occidẽtales promoti ad sacros non possũt vxoribꝰ ante habitis commisceri: sed orientales sic. eo. titu. l. xxix.

n ¶ Item clerico occidentali ad sacros promoto vxor[d] ante habita cõsentiens[e]: nec ei commiscetur: nec post viri mortez contrahet ipsa matrimonium. (Et si facto contrahitur non tenet).

a ¶ Licitis. De ista obedientia plato impendenda vide glo. et. .ho. in. c. ad aures. de tẽpo. ordi. ⁊ de maio. ⁊ obe. c. legebat̃ i fi

b ¶ Dimisso. Clericꝰ ñ pt bñficio renũciare: nisi in manu supioris. vt extra. de renunci. c. admonet. et. c. qꝫ i dubijs Et ibi glo. nisi ad strictiorem ordinẽ transeũdo. c. licz. de regu. ⁊. c. beneficium. de pre. et digni. li. vj. Uel si habet litteras pape ad aliud bñficium. vt nõ. in. c. non pt. de pre. li. vj. Sed an valet renũciatio alit̃ facta quo ad preiudiciũm renunciãtis: vtpote si supior vult illam approbare: opiniones sunt: qꝫ gof. vin. lau. egi. ⁊ glo. in dicto. c. qꝫ in dubijs. dicũt qꝫ sic. sꝫ gui. na. ⁊. ho. dicunt qꝫ non. Inno. vo et .h. i ipo. c. qꝫ in dubijs. dicũt qꝫ p talẽ rnũciatõez p dit possessio nẽ qꝫ solo aio pt pdi. vt. l. liczs. C. de acq̃. po. mlto magis p talez actũ: sꝫ ppetatẽ ñ amittit. Idẽ tenz archi. de renũci. c. ij. li. vj. i glo. fina. vide. h. i. c. dilecti. de renũci. ⁊ vide circa pdcã. renũci. v. Item an pt clericus.

c ¶ facere. q̃ clici pñt õbere matrimoniũ. h. i. c. et lr̃az. q̃ cle. vl̃ voluen. Et greci iterlatios vtẽr matrimõio iã otracto vl̃ latini an õbẽt mr̃imoniuꝫ apõ grecos. Inno. i. c cũ secũdũ. de tẽpo. ordi.

